

6v INCIPIT EPISTOLA CLEMENTIS AD IACOBUM FRATREM DOMINI.

1 *CLEMENS IACOBO DOMINO EPISCOPO EPISCOPORUM, REGENTI
Hebreorum sanctam ecclesiam Hierosolimis, sed et omnes ecclesias, quae ubique
dei providentia fundatae sunt, cum presbyteris et diaconibus et ceteris omnibus
fratribus, pax tibi sit semper.*

5

*Notum tibi facio, domine, quia Symon Petrus, qui verae fidei merito et integrae
praedicationis obtentu fundamentum esse ecclesiae definitus est, qua de causa
etiam domini ore cognominatus est Petrus, qui fuit primitiae electio domini,
apostolorum primus, cui et primo deus pater filium revelavit, cui et Christus
competenter beatitudinem contulit, qui et vocatus est et electus et conviva domini
et comes effectus, tamquam bonus et probatissimus discipulus, qui occidentis
obscuriorem mundi plagam velut omnium potentior illuminare preceptus est,
quique et integre potuit implere praeceptum – sed quousque sermonem
protraham refugiens indicare, quod triste est, quod quidem necesse est, licet
tarde, proferre – hic denique ipse Petrus, qui pro immensa caritate, quam erga
omnes homines gerebat, palam <c>um omni fidutia adversante etiam tyranno,
totius mundi bonum praedicare non destitit et regem omnium saeculorum per
orbem terrae usque ad ipsius Romanae urbis huius notitiam, ut etiam ipsa
salvaretur, invexit, hic, inquam, pro pietate patiendi volens praesentem vitam
finivit.*

10

15

20

*In ipsis autem diebus, quibus vitae finem sibi imminere praesensit, in conventu
fratrum positus appraehensa manu mea repente consurgens in auribus totius
ecclesiae haec protulit verba: Audite me, fratres et conservi mei, quoniam, ut
edoctus sum ab eo, qui misit me, domino et magistro meo Iesu Christo, dies
mortis meae instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui soli meae
praedicationis et doctrinae cathedram trado, qui mihi ab initio usque in finem
comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem totius meae praedicationis agnovit,
qui in omnibus temptationibus meis socius exitit fideliter perseverans, quem
<prae ceteris> expertus sum deum colentem, homines diligentem, castum,
discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, scientem ferre
nonnullorum etiam ex his, qui in verbo dei instituuntur, iniurias. Propter quod
ipsi trado a domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi, ut de omnibus,
quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit et in caelis. Ligabit enim,
quod oportet ligari, et solvet, quod expedit solvi, tamquam qui ad liquidum
ecclesiae regulam noverit. Ipsum ergo audite scientes, quia quicumque
contristaverit doctorem veritatis, peccat in Christum et patrem omnium exacerbat
deum, propter quod et vita carebit. Ipsum autem, qui praeest ceteris, oportet
medici vicem agere et non ferae bestiae furore commoveri.*

25

30

35

7r

*Haec eo dicente ego procidens ad pedes eius rogabam excusans me et
declinans honorem cathedrae vel potestatem. At ille respondens: Pro hoc, inquit,
ne me rogaveris; hoc enim fieri statutum est mihi, et eo magis, quo excusas, quia*

40

7 obtentu] *in marg.*: occasione V. 16 cum] eum V. 29 prae ceteris] in praeteritis V. 38 vicem] *corr.*
from vitem V. 41 et] *corr.* to x (?) V. eo] *corr.* from ego V. excusas] *corr.* from excusus V.

2–294 Clemens ... incipiam: Clem. I., J³ †26 (REHM/STRECKER, GCS p. 375–387). At base the recension is that of the *Collectio Quesnelliana*. Thus 223 confusione for confessione; and after 266 his both omit quibus ipse amicus non est et locutus fuerit his. There are, however, occasional readings from the II recension of the *Recognitiones* (Pseudo-Isidore's source for J³ †27). Thus 91 tamquam (rather than ut); 108 tradetur for trudetur (vel sim.); 204 convenit (lacking elsewhere).

haec cathedra eum, qui cupit eam et audacter expetit, non requirit, sed ornatum
 moribus et in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius
 adiutor tam sedulus adstitisset, si quis tam plene doctrinae meae rationem
 45 coepisset, sed et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset, habens
 alium talem, non te cogere bonum opus suscipere nolentem. Superfluum est
 ergo alium quaerere, cum primitias eorum, qui ex gentibus per me salvantur, et
 precipue huius urbis te primum obtulerim deo. Sed et aliud intueri, quia, si
 50 periculum peccati timens suscipere refugiens ecclesiae gubernacula, certus esto,
 quia amplius peccas, qui populum dei velut in fluctibus positum et periclitantem,
 cum possis iuvare, subterfugis tui tantummodo habens considerationem et non,
 quod in commune omnibus expedit, providens. Sed certus esto, quod necesse est
 te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium obsecrando
 cessabo. Quanto ergo mihi citius adquireveris, tanto me citius laboris et tristitiae
 55 meae merore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi taedia et molestias,
 pericula etiam et obprobria ineruditi vulgi indocibilisque conciliem, quae tu
 tamen, scio, quod constanter et fortiter feres respiciens ad illam spem, quae tibi
 apud deum patientiae praeparat coronam. Sed et illud cupio te mecum iusta
 ratione perspicere: Quando maxima opera tua indiget Christus? Nunc, cum
 60 inimicus adversus sponsam eius commovet bellum, an in futuro tempore, quando
 iam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis
 non etiam parvi sensus intellegat, quod istud est temporis, in quo operam tuam
 Christus requirit? Tota igitur mente in praesenti necessitate praebe operam
 tuam, et auxilium in praeliis exhibe regi optimo remunerationes magnificas post
 65 victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe episcopatus officium eo maxime, quo
 ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per
 nos confugerunt ad deum, nequaquam vacillet.

Verumtamen et breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus
 commonere necessarium duxi. Te quidem oportet inreprehensibiliter vivere et
 70 summo studio niti, ut omnes vitae huius occupationes abicias, ne fideiussor
 existas, ne advocatus litium fias, neve in ulla aliqua occupatione prorsus
 inveniariis mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim iudicem aut
 cognitorem saecularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus, uti ne
 praefocatus praesentibus hominum curis non possis verbo dei vacare et
 75 secundum veritatis regulam discernere bonos a malis. Ista namque opera, quae
 tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id
 est laici, et te nemo occupet ab his studiis, per quae salus omnibus datur. Sicut
 enim tibi impietatis crimen est neglectis verbi dei studiis sollicitudines suscipere
 saeculares, ita unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his,
 80 quae ad communis vitae usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero
 securum facere et his, quibus debes, vacantem, omnes communiter elaborant.
 Quod si forte a semetipsis hoc laici non intellegunt, per diaconos edocendi sunt,
 ut tibi solius ecclesiae sollicitudines derelinquant, quo ipsam, ut dignum est,
 dispensare sufficiat et veritatis verbo abundantius et studiosius deservire. Si enim
 85 mundialibus curis fueris occupatus et teipsum decipies et eos, qui te audiunt. Non
 enim poteris, quae ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere,
 et ex eo fit, ut et tu, tamquam qui non docueris, quae ad salutem hominum

56 indocibilisque] corr. from indocibilis quae V. conciliem] corr. to concilium V. 61 triumphabit] corr.
 from triumphavit V. ullius] corr. from illius V. 70 abicias] corr. from obicias V. 77–78 Sicut ... tibi]
 in marg.: quod sicut crimen est negligere episcopo verbum praedicationis, ita saeculario negligere
 communem utilitatem V. 78 neglectis] corr. from ne lectis V. dei] erased V. 85 eos] corr. from eo V.

pertinent, deponaris, et discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut oportune et sine intermissione doceas verbum dei, per quod salutem consequi possint; illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tamquam qui sciant legatum te et preconem esse veritatis, et quodcumque ligaveris super terram, esse ligatum et in caelo, et quodcumque solveris, etiam ibi esse solvendum. Quoniam quidem et tu, ut dixi, quae oportet, ligabis, et, quae expedit, solves, et ad te quidem, qui praees, ista sint monita, et his similia.

7v *AD PRESBYTEROS VERO SINT ISTA: Ante omnia, ut pudicitiam studentes adolescentes nuptiis iungant, quo calorem ferventis aetatis coniugali lege preveniant, sed ne in provectoribus quidem curam habere huiusmodi neglegant, quia in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes occasione accepta tamquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum caleseat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in paenis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a deo, etiam si sobrie vixerint. Propter quod vos, o presbyteri, ecclesiam excolite et adornate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem ecclesiae congregationem. Quae si pudica fuerit inventa ab sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur et vos velut ministri sponsae et amici sponsi ingenti gaudio et laetitia perfruemini. Si vero sponsa haec reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tamquam indigna tradetur regalibus thoris, vos autem poenam dabit, si forte per vestram neglegentiam vel desidiam obrepserit contagio saeva peccati. Idcirco igitur ante omnia sobrietatis et pudicitiae sollicitudinem gerite, valde enim apud deum grave crimen ducitur fornicatio, cuius species sunt quidem plures, sicut vobis et ipse Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est virum propria uxore solummodo non esse contentum, et mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse aeternam a deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et caritas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros et cum religione ac misericordia respicite ad omnes; orfanis exhibete vosmetipsos parentes, viduis virorum curam impendite cum omni castitate, quae necessaria sunt, prebentes, iuniores tamen viduas nuptiis copulate, his, qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quaerant, artificibus vero operam praevideate, debilibus misericordiam facite. Scio autem haec omnia facturos vos, si caritatem pre caeteris et ante omnia in vestro corde figatis. Cuius caritatis et recipiendae et habendae maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis. Et in quantum unusquisque praevalet, crebrius panes ac sales suos cum suis fratribus sumat. Per haec enim precipue caritas comparatur et causa totius boni in huiusmodi communione consistit. Ubi autem pax et bonitas, ibi et salus, propter quod communes facite cybos vestros cum his, qui secundum deum fratres sunt, quia per haec temporalia officia pacis et caritatis fructibus gaudia aeterna merebimini. Multo autem*

89 vacato] *corr. from* vocato V. 96 iungant] *corr. from* iugant V. quo] *corr. from* quod V.

97 provectoribus] *corr. from* provectoribus V. 108 tradetur] *in marg.:* vel non (tradetur) V. 119 vosmetipsos] *corr. from* metipsos V. 128 comparatur] *corr. from* cumparatur V. 130 quia] *corr. from* qui V.

91–93 et² ... solvendum: *Matth. 16, 19.*

135 *sollicitius esurientes reficite et sitientibus potum date, nudis vestimentum; aegros*
visitare et eos, qui in carcere sunt, prout possibile est, iuvate; peregrinos satis
prompte in domibus vestris suscipite. Et ne omnia nunc singillatim dicam, omne
 140 *bonum ipsa per se, si in vobis fuerit, caritas facere vos docebit, sicut et e*
contrario eos, qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet. Si qui ex
fratribus negotia habent inter se, apud cognitores saeculi non iudicentur, sed
apud presbyteros ecclesiae, quicquid illud est, dirimatur et omnimodo oboediant
 145 *statutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite, quae homines occasione*
praesentis lucri ab aeternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras pro locis
quibusque aequissima custodite; deposita fideliter restituite. Quae omnia et, si
qua sunt his similia, ita demum sollicite et diligenter implebitis, si futurum dei
 150 *iudicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si*
semper ante oculos suos dei iudicium ponat, quod in fine mundi certum est
 145 *agitandum, ut tandem, qui bene in hac vita egerunt, consequantur reposita bona,*
peccatores autem, ut consequantur praeparatas paenas. De quibus ita futurum
dubitare omnino non possumus, si quidem haec omnia ita esse ventura verus
nobis propheta predixerit. Unde et vos, qui estis veri prophetae discipuli, abicite
 150 *a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus*
omne opus malum procedit, benignitatem et simplicitatem tota mente servate.
 155 *Quod si forte alicuius cor vel livor vel infidelitas vel aliquod malum ex his, quae*
superius memoravimus, latenter irrepserit, non erubescat, qui animae suae
curam gerit, confiteri haec huic, qui praeest, ut ab ipso per verbum dei et
 155 *consilium salubre curetur, quo possit fide integra et operibus bonis poenas*
aeterni ignis effugere et ad perpetua vitae praemia pervenire.

8r

DE MINISTERIO DIACONORUM ET QUALES DEBENT ESSE DIACONI.

160 *Diaconi vero ecclesiae tamquam oculi sint episcopi oberrantes et*
circumlustrantes, cum verecundia actus totius ecclesiae et perscrutantes
diligentius, si quidem videant vicinum fieri praecipitio et proximum esse peccato,
 160 *ut referant haec ad episcopum et commoneri ab eo possit is, qui in praecipitium*
lapsurus est, uti revocetur et non corruat in peccatum. Neglegentiores quoque et
eos, qui rarius ad audiendum verbum dei accedunt nec sollicite ad episcopi
tractatum conveniunt, ipsi commoneant et hortentur. Si enim assidui sint ad
 165 *audiendum, non solum vitae aeternae ex salubri commonitione capiunt lucra,*
verum et quaecumque illae sunt tristitiae vel merores, quae ex praesentis vitae
necessitatibus et cladibus temporum veniunt, quaecumque sermonibus suis in
corde velut iacula defixa circumferunt, abiciuntur omnia praedicatione veritatis
 170 *et vitae aeternae doctrina et eruditione purgata. Alioquin, si multo tempore*
auditum subtrahant a verbo dei et remaneant in cultu vitiorum, sine dubio spinis
erunt ac sentibus occupati, et quid aliud nisi ad ignem talis haec terra
praeparabitur? De his ergo, ut diximus, diaconis cura sit. Sed eos, qui secundum
 175 *carnem egrotant, sollicite perquirant et plebi, si forte plebs ignorat, indicent de*
his, ut et ipsi visitent eos et, quae necessaria sunt, praebeant eis cum conscientia
eius, qui praeest. Quod tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt. Sed et de
 175 *peregrinis similiter episcopo suggerant refovendis et cetera his similia, quae ad*
cultum ecclesiae et disciplinam eius pertinent, diaconis cura sit.

134 singillatim] corr. from singulatim V. 151 malum] corr. from ma V. 154 quo] corr. from qui V.
 159 si quidem] over line: vel si quem V. 168 purgata] over line: vel (purga)tur V. 171 diaconis] corr.
 from diaconi V.

132–133 sollicitius ... sunt: *Matth.* 25, 35–36.

Qui cathecizant, id est, qui verbo instituunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint. De anima enim agitur hominum et oportet eum, qui docet et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse adprime esse eruditus et doctus, inrepraehensibilis, maturus, inpavidus, sicut ipsi probabit fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quae unusquisque habere debeat, prosequar; verumtamen illud est, quod prae ceteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per quod solum potestis portum quietis intrare et civitatem regis summi, quae pax nominatur, habitare.

Similis namque est omnis ecclesiae status navi magnae, quae per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis huius dominus ipse omnipotens <deus>, gubernator vero sit Christus, tum deinde prout officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant, hi, qui cathecizant, nautologis conferantur; epibatis autem totius fraternitatis multitudo sit similis. Ipsum quoque mare hic mundus habeatur, ventorum vero varietates et turbinum diversis temptationibus conferantur; persecutiones, tribulationes et pericula fluctibus exequentur; terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus vel de vallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum seu pravae doctrinae verba ducantur; promuntoria vero et loca confragosa hi, qui in potestatibus saeculi sunt iudices et pericula minantur ac mortes, bithalassa vero loca, quae duplicibus undae fallacis aestibus verberantur, dubiis mente et de repromissionum veritate nutantibus conferantur atque his, qui inrationabili fidem nostram ratione discutunt, ypocritae vero et dolosi pyratis similes habeantur. Iam vero rapidus vertex et tartarea carybdis et saxis illysa naufragia ac mortiferae submersiones, quid aliud aestimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut haec navis cursu prospero tuta possit portum desideratae urbis intrare, ita deo precem fundere convenit, ut navigantes mereantur audiri. Audiri autem a deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsae bonis moribus et bonis operibus adiuventur. Sed ante omnia cum quiete et silentio epibatae, id est laici, et in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari coeperint vel ab officio suo nautas impediunt vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus commoneant et nihil omnino, quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi neglegant. Presbyteri velut nautae aptent singula ad instructionem navis diligenter et instruant, quae in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tamquam prouta vigilanter et sollicitate gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator dominus, gubernator ecclesiae suae, diligatur ab omnibus et ipsius solius praeceptis ac iussis credat et oboediat omnis ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem et omne periculum superent, tamquam in mare profundum mundi istius et vitae humanae pelagus navigantes, in quo esuriendum sit et sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis et aegritudines tolerandas,

8v

180 adprime] in marg.: precipue V. 188 urbem] corr. from orbem V. 189 deus] codd., om. V. 190 proutae] in marg.: magistri navis V. 191 cathecizant] in marg.: Gl. qui instruunt V. 192 conferantur] corr. from conferuntur V. epibatis] in marg.: supervenientibus V. 198 bithalassa] in marg.: Ubi duo maria coniunguntur V. 200 inrationabili] corr. from inrationabilis V. 201 pyratis] corr. from pirati; in marg.: latrones marini V. 203 prospero] corr. from propero V. 208 inutilesque] corr. from inutiles qui V.

insuper et hominum insidias ac dolos sepa laborandum, quippe qui
 dispergendos se nonnumquam noverint, sed aliquando etiam congregandos,
 vomitus quoque et sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum et
 reiectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis iactura facienda
 225 est et abicienda prorsus e corde omnis intrinsecus, quae latet amaritudo peccati,
 si qua forte ex desiderii iniquis velut ex cibis noxiis congregata est, quam utique,
 cum evomuerit quis et abiecerit, ingentis egritudinis liberabitur morbo, si tamen
 post vomitum, quae ad sanitatem pertinent, sumat. Verumtamen scitote cuncti,
 230 quod supra omnes vos laboret episcopus, quia unusquisque vestrum suum
 proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Propter quod, o Clemens,
 tamquam qui omnibus praeesse te noveris, singulos, prout potueris, iuva et
 singulos releva, qui et singulorum onus ac sollicitudinem portas. Unde et ego
 nunc hanc tibi iniungens dispensationem scio, quia accipio gratiam, magis quam
 praesto. Sed esto confidens et fortiter ferens, certus, quia laboris tui meritum
 235 recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem, ubi mercedes
 et praemia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolomitate
 vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem iustitiae odio habuerint,
 ex hoc quidem non laederis, sed ex huiuscemodi odiis amor tibi conciliabitur dei.
 Et ideo satage magis et refuge, ne lauderis ab iniquis et ne a pessime agentibus
 240 diligaris, sed potius propter iustitiae dispensationem et aequissimam regulam
 disciplinae a Christo collaudari merearis.

Haec cum dixisset et his similia quamplurima, rursus respiciens ad populum
 dixit: Sed et vos, karissimi fratres et conservi mei, huic, qui praesidet vobis ad
 veritatem docendam, in omnibus oboedite scientes, quod, si quis hunc
 245 contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit, tamquam
 et qui Christum non suscepit, nec deum patrem suscepisse iudicabitur, et ideo
 nec ipse suscipietur in regno caelorum. Propter quod satis agite ad omnem
 collectam et congregationem semper convenire, ut non velut neglegentes et
 desides a iudice Christo condempnemi. Convenientes vero semper ad
 250 Clementem date omnes operam pro ipso sentire et summo studio favorem vestrum
 erga ipsum dependere scientes, quia propter singulos vos ipsi magis soli infestat
 inimicus et in ipso maiora suscitatur bella. Oportet ergo vos summo studio niti, ut
 omni et erga illum vinculo amoris innexi plenissimo erga eum inhaereatis affectu.
 Sed et vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam
 255 illi oboedire omnes pariter consensu et unanimitate possitis, propter quod et vos
 salutem consequi et ille possit obtemperantibus sibi vobis promptius impositi
 honoris pondus evehere. Quaedam etiam ex vobis ipsis intellegere debeatis, si
 qua sunt, quae ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius et
 manifestius proloqui, verbi gratia, si inimicus est alicui pro actibus suis, vos
 260 nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed prudenter
 observare debetis et voluntati eius absque communicatione obsecundare et
 avertere vos ab eo, cum ipsum sentitis adversum, sed nec loqui his, quibus ipse
 non loquitur, ut unusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum
 amicitias ferre, festinet citius reconciliare ei, qui omnibus praest, et per hoc

221 insidias] *over line*: vel (insidi)is V. dolos] *over line*: vel (dol)is V. 223 sugillationes] *in marg.*: glo.
 strangulationes V. 226 iniquis] *corr. from* inquis V. 227 ingentis] *corr. from* ingentes V. 230 et¹] *corr.*
from ad V. 233 scio] *corr. from et scio* V. 235 navem] *corr. from* navim V. 243 qui] *corr. from* quippe
 V. 254 quo] *corr. from* quod V. 262 adversum] *corr. from* aversum V.

229–230 unusquisque ... laborem: *cfr Gal.* 6, 5. 259–266 si ... loquitur: *cfr Anacl. I.*, J³ †17.

redeat ad salutem, cum oboedire coeperit monitis praesidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare ecclesiam dei volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est, et multo est nequior hostis hic quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quae inimica sunt, gerit et ecclesiam dispergit ac vastat.

9r *Et cum haec dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit et in cathedra sua ingenti verecundia fatigatum sedere me compulit. Cumque sedissem, haec ad me rursus locutus est: Deprecor te, Clemens, coram omnibus, qui praesentes sunt, ut postea quam, sicut naturale debitum est, vitae praesentis finem fecero, Iacobo fratri domini descripta breviter vel quae ad initium fidei tuae expectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed et qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris et actuum fueris, quaeque per singulas civitates me disputante sollicitus auditor exceperis, quique in predicationibus meis vel verb<or>um fuerit ordo vel actuum, sed et qui me finis in hac urbe reppererit, sicut dixi, omnia, quam potes, breviter comprehensa ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis, ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum me id pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus aliquis aut indoctus atque ignorans divini verbi ministerium, ecclesiastici ordinis disciplinam vel doctrinae regulam nesciens susceperit cathedram meam. Scit enim, quia, si indoctus istius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli et auditores ignorantiae tenebris involuti in interitum demergentur.*

Unde et ego, mi domine Iacobe, cum haec ab eo praecepta susceperim, necesse habui implere, quod iusserat, indicans tibi et de ipsis simul et de illis breviter comprehendens, quae per singulas quasque urbes digrediens aut in praedicationis sermone protulerit aut in gestorum virtute perfecit, quamvis tibi de his plurima iam et plenius ante descripta ipso iubente transmiserim sub eo titulo, quem ipse praecepit affigi, id est Clementis itinerarium non praedicationis Petri. Sed et nunc exponere iam, quae praecepit, domino opem ferente incipiam.

2 *Paenitemini, inquit, et veram agite paenitentiam. Omnes ergo homines, qui christiano censentur vocabulo, patrem et filium et spiritum sanctum, unum deum et dominum veraciter credere et confiteri, eumque toto corde et tota mente et tota virtute diligere et proximos suos tamquam semetipsos docibilesque usque ad perfectam doctrinam ad haec perficienda summopere oportet. Fides enim et dilectio totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere deo nemo poterit.*

3 *Christo itaque resurgente et ascendente in caelum misso sancto spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi symbolum, quod fidelis nunc tenet ecclesia, unusquisque, quod sensit, dicendo condiderunt, ut discedentes ab*

267 videatur] *corr. from* videantur V. 279 verborum] *verbum* V. 281 Nec] *corr. from* Ne V. 282 pro pietate] *corr. from* proprietate V. 293 praedicationis] *corr. from* dicationis V. 298 docibilesque] *codd.;* docibiles qui V. 299 perficienda] *add. over line* V. 304 sensit] *corr. from* sentit V.

295 Paenitemini ... paenitentiam: *cfr* Marc. I, 14. 296–297 patrem ... dominum *cfr* Beda Ven., *Hom. evang.* I, 2 (HURST, CC 122 p. 12 l. 175f.). 297–298 toto ... semetipsos: *cfr* Matth. 22, 37, 39; Marc. 12, 30, 31; Luc. 10, 27. 299–300 Fides ... fundamentum: *cfr* Mainz a. 813, c. 1 (WERMINGHOFF, MGH Conc. II, 1 p. 260 l. 26); Aug., *Serm.* 30, 5 (LAMBOT, CC 41 p. 385 l. 112–113); Ps.-Aug., *Serm.* 128, 7 (MIGNE PL 39 col. 1999). 300–301 Sine ... poterit: *cfr* Hebr. 11, 6. 302–305 Christo ... praedicarent: Venant. Fort., *Expos. symb.*, c. 2 (LEO, MGH Auct. ant. IV, 1 p. 253 l. 10–13).

305 *invicem hanc regulam per omnes gentes praedicarent. Summa<m> ergo totius
fidei catholicae recensentes, in qua et integritas credulitatis ostenditur et unius
dei omnipotentis, id est sanctae trinitatis aequalitas declaratur et mysterium
incarnationis filii dei, qui pro salute humani generis a patre de caelo descendens
de virgine nasci dignatus est, quoquo ordine vel quando pertulerit, quomodo
310 sepultus surrexerit et in carne ipsa caelos ascenderit ad dexteramque patris
concederit et iudex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro
baptismate renatis contulerit, et resurrectionem humani generis in eadem carne
in vitam aeternam futuram si<t>, docuerunt. Symbolum enim grece, latine
collatio dicitur, quia hoc praedicti sancti apostoli inter se per spiritum sanctum
315 salubriter, ut dictum est, condiderunt. Dicitur et indicium, quod per hoc, qui recte
crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus, quae continentur in praefato
symbolo, salus animarum et vita perpetua bonis actibus praeparatur. Ergo quod
in primordio eiusdem symboli praeponitur: Credo in deum patrem omnipotentem,
praeclarum fidei testimonium et fundamentum in prima fronte monstratur, quia
320 salvus esse poterit, qui recte crediderit. Credere enim oportet accedentem ad
deum, quoniam corde creditur ad iustitiam et ore confessio fit ad salutem. Unde
ait propheta: Credidi, propter quod locutus sum. Et illud: Iustus ex fide vivit. Et:
Nisi credideritis, non intellegetis. Ergo in rebus humanis nullum opus incipitur,
nisi labor omnis ad effectum venire credatur, unde credendum est in deum, a quo
325 tam praesens vita quam futura tribuatur. Deus autem appellatio est substantiae
sempiternae sive timoris divini, igitur deus sine principio, sine fine, simplex,
incorporeus et inconprehensibilis. Patrem autem, cum audis, agnosce, quod
habeat filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur, qui aliquid possidet, et
dominus, qui habet, cui dominetur. Deus ergo pater secreti sacramenti
330 vocabulum est, cuius vere filius verbum et speculum et character et imago vivens
patris viventis, in omnibus coequalis. Nec quaeratur, quomodo genuit filium,
quod et angeli nesciunt, prophetis incognitum est. Unde illud dictum est:
Generationem eius quis enarrabit? Quam secretam originem cum proprio filio
335 novit ipse solus, qui genuit. Nec a nobis deus discutiendus est, sed credendus, qui
in nobis ipsis nescimus, quod sapimus, quomodo sapientia, ingenium aut
intellectus consilium aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux
genuit splendorem, sicut ait propheta: In splendoribus sanctorum ex utero ante
luciferum genui te. Et illud: Hic deus noster et non reputabitur alter ad eum. Et
post: In terra visus est et inter homines conversatus est.*

9v

340 *Diligere ergo deum unumquemque ex toto corde et ex tota anima, ut prefixum
est, et ex tota fortitudine oportet et proximum tamquam semetipsum, respondente
domino cuidam scribarum ac dicente: Primum omnium mandatum est: Audi,
Israel, dominus deus tuus deus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto
corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et ex tota virtute tua, hoc est*

4

305 Summam] summa est V. 309 quoquo] corr. from quoque V. 313 sit] sic V. Symbolum enim] in marg.: De symbulo V. 314 quia] add. in marg. V. 315 indicium] corr. from iudicium V. 319 fidei] corr. from fide V. 324 effectum] corr. from affectum V. 340 Diligere] corr. from dilige V.

305–313 Summam ... sit: *ibid.*, c. 1 (l. 1–7). 313–339 Symbolum ... est²: *ibid.*, c. 3–10 (p. 253 l. 13–p. 254 p. 22). 320–321 Credere ... deum: *Hebr.* 11, 6; enim: *Vulg.*, not *Venant. Fort.* 321 corde ... iustitiam: *Rom.* 10, 10. 322 Credidi ... sum: *Ps.* 115, 1. Iustus ... vivit: *Rom.* 1, 17. 323 Nisi ... intellegetis: *cfr Isai.* 7, 9. 333 Generationem ... enarrabit: *Isai.* 53, 8. 337–338 In ... te: *Ps.* 109, 3. 338 Hic ... eum: *Bar.* 3, 36. 339 In ... est²: *Bar.* 3, 38. 340–341 Diligere ... semetipsum: *cfr Marc.* 12, 33. 342–346 Primum ... est¹: *Marc.* 12, 29–31, 343 tuus is a variant of (among others) the *Alcuin Bible*.

primum mandatum. Secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum 345
tamquam te metipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Quod maius est
omnibus holocaustomatibus et sacrificiis, unde et in veteri testamento scriptum
habetur: QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. Et dominus ait: Omnia 345
QUAECUMQUE VULTIS, UT FACIANT VOBIS HOMINES, et vos FACITE ILLIS similiter.
Quibus utrisque mandatis, per unum malitia conpescitur et per aliud benignitas 350
propagatur, ut, ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, ut caveat
laedere, secundum, prestare. Si enim fratrem, quem vides, non diligis, deum,
quem non vides, quomodo potes diligere? Sic ergo docet nos exercere curam
nostram, ut non dimittamus curam vestram et sic diligere nos, ne neglegatur 355
dilectio proximi, quia dei dilectio morti comparatur, dicente sapientia: Valida est
dilectio ut mors. Idcirco, quia, sicut mors violenter separat animam a corpore, ita
dilectio dei violenter separat hominem a mundano et carnali amore. Qui enim,
dominus inquit, diligit me, mandata mea servabit. Nam, qui dei praecepta 360
contempnit, deum non diligit, unde scriptum est: Nolite vos putare, ut maneatis in
dilectione mea, si non servaveritis precepta mea. Neque enim regem diligimus, si
odio leges eius habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille deum diligere, qui 365
noscitur in proximi corrumpere dilectionem, quia per dilectionem proximi pervenitur
ad caritatem Christi, quoniam, ut praelibatum est, his duobus praeceptis tota lex
pendet et prophetae.

5 Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt, ad haec peragenda oportet omnes 365
 esse, ut et ipsi docti sint, et alios prudenter instruere et perfecte possint docere,
 iuxta Danihelem prophetam, qui ait: *Populus autem sciens deum suum optinebit*
et faciet, et docti in populo docebunt plurimos. Omnes docibiles, ut etiam dictum
 est, qui docti <non> sunt, esse oportet. Sed sacerdotes doctiores ceteris populis
 necesse fore docebat, quia *si caecus caeco ducatum praebet, ambo in foveam 370*
cadunt, sacerdotes vero sal terrae et mundi lumen docens preceptis in splendore
operum patrem glorificare deum, de quibus dominus ait: Beati estis, cum
maledixerint vobis et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos,
mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in 375
caelis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal
terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut
mittatur foras et conculcetur ab omnibus. Non potest civitas abscondi supra

346 temetipsum] *corr. from semetipsum V.* 352 laedere] *cedere V.* 355 morti] *corr. from mortem V.*
 365–366 ad ... sint] *add. in marg. V.* 369 non] *codd.; om. V.* 373 vobis] *corr. from vos V.*

346–347 maius ... sacrificiis: *Marc. 12, 33.* 348–349 Quod ... similiter: *cfr Matth. 7, 12; and Form. Ps.*
Quod sibi non vult, and below: 481–482. 348–349 Omnia ... illis: *Matth. 7, 12, 349 illis is a variant of the*
Alcuin Bible (among others). 350–351 Quibus ... ut¹: *Gregory I, Moral. X, VI, 8 (ADRIAEN, CC 143 p. 539*
l. 65–67): The two foregoing Matthew citations also occur here. 351–352 ne ... prestare: *Isid., Sent. III,*
28, 1 (CAZIER, CC III p. 265 l. 3–4). 352–353 fratrem ... diligere: *1. Ioh. 4, 20.* 353–354 Sic ...
 vestram: *cfr Gregory I, Hom. in ev. I, XVII, 18 (ÉTAIX, CC 141 p. 133 l. 425–426).* 355–357 dei ... amore:
Isid., Sent. II, 3, 4 (CAZIER, CC III p. 97 l. 15–18). 355–356 Valida ... mors¹: *Cant. 8,*
6. 357–358 Qui ... servabit: *Ioh. 14, 21.* 358–359 qui ... diligit: *Isid., Sent. II, 3, 5 (CAZIER, CC III*
p. 97 l. 19). 359–360 Nolite ... mea²: *cfr Ioh. 15, 10.* 360–361 Neque ... habemus: *Isid., Sent. II, 3, 5*
(CAZIER, CC III p. 97 l. 19–20). 361–362 Neque ... dilectionem¹: *Isid., Sent. II, 3, 7b (CAZIER, CC III*
p. 98 l. 28–29). 361 ex ... corde: *Marc. 12, 33.* 362–363 quia ... Christi: *cfr Isid., Lib. diff. II, XXXV,*
143 (ANDRÉS SANZ, CC IIIA p. 92 l. 10–11). 363–364 his ... prophetae: *Matth. 22, 40.* 365–366 Docibi-
les ... docere: cfr Ambrosiast., Dign. sac., c. IV (MIGNE PL 17 col. 573A–B). 367–368 Populus ... pluri-
mos: Dan. 11, 32–33. 368–369 Omnes ... oportet: *cfr Ambrosiast., Dign. sac., c. IV (MIGNE PL 17*
col. 573A–B). 370–371 si ... cadunt: *Matth. 15, 14.* 371 sal terrae: *Matth. 5, 13.* mundi lumen: *Ioh. 8,*
12; cfr Ioh. 9, 5 and Ioh. 12, 46. 372–381 Beati ... caelis: *Matth. 5, 11–16.*

montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed supra
 380 candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram
 hominibus, ut videant bona vestra opera et glorificent patrem vestrum, qui est in
 caelis. Episcopos autem per singulas civitates, quibus ille non miserat, perdoctos
 et prudentes ut serpentes simplicesque sicut columbas iuxta domini
 praeceptionem nobis mittere praecepit. Quod etiam facere inchoavimus et domino
 opem ferente facturi sumus.

385 Vos autem per vestras dioceses episcopos sacrate et mittite, quia nos ad alias 6
 partes, quod idem iussit, agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasque
 mittimus, et quosdam ad Germaniam et Italiam atque ad reliquas gentes dirigere
 cupimus. Ubi autem ferociores et rebelliores gentes fore cognoverimus, illuc
 dirigere sapientiores et austeriores necesse habemus, qui cotidie non cessent
 390 divina seminare semina et multos Christo lucrare et ad rectam fidem et viam
 veritatis perducere, ut plures manipulos domino valeant praesentare.

In illis vero civitatibus, in quibus olim apud aethnicos primi flammines eorum 7
 atque primi legis doctores erant, episcoporum PRIMATES poni vel patriarchas, qui
 reliquorum episcoporum iudicia et maiora, quoties necesse foret, negotia in fide 10r
 395 agitent, et secundum domini voluntatem, sicut sancti constituerunt apostoli, ita
 ut, ne quis iniuste periclitaretur, definirent. In illis autem civitatibus, in quibus
 dudum apud praedictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant quam
 memoratos PRIMATES, archiepiscopos institui praecepit, qui NON tamen
 PRIMATUM, SED archiepiscoporum fruarentur nomine.

400 Episcoporum quoque iudicia, ut superius memoratum est, et maiora 8
 ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem aut istos vel alios
 suspectos habuerint, ad iam dictos primates vel patriarchas, ne aliquis nocenter
 periret, transferre perdocuit.

In singulis vero reliquis civitatibus singulos et non binos vel ternos aut plures 9
 405 episcopos constitui precepit, qui non primatum aut archiepiscoporum aut
 metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed episcoporum
 tantum vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit,
 sed unus omnibus praefuit.

Hoc tamen praevidendum instituit, ne in villis aut castellis vel modicis 10
 410 civitatibus instituerentur episcopi, ne vile eorum nomen fieret.

Episcopus ergo vicem apostolorum gerere dominum docuisse dicebat, et 11
 reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat. Et si quis

387 reliquas] corr. from reliquos V. 389 austeriores] in marg.: duriores V. 392 flammines] in marg.:
 sacerdotes V. 399 fruarentur] corr. from fuerentur V. 401 istos] corr. from in istos V.

381 Episcopos ... miserat: cfr Tit. 1, 5 and Capitulare seu canones concilii Vernensis, c. 1 (BORETIUS, MGH
 Capit. 1 p. 33 l. 37). 382 prudentes ... columbas: Matth. 10, 16. 386–387 Aliquos ... dirigere: cfr Innoc.,
 J³ 701, praef. (CABIÉ, Bibl. Rev. Hist. Eccl., fasc. 58 p. 18 l. 17; Vat. lat. 1341, fol. 126ra). 390–391 et¹ ...
 praesentare: cfr Gregory I, Hom. in ev. I, XVII, 16 (ÉTAIX, CC 141 p. 131 l. 383–388). 390 Christo lucrare:
 cfr 1. Cor. 9, 19–21. 392–399 In ... nomine: cfr Form. Ps. Non alii primates. 400–401 maiora ... negotia
 cfr Leo I, J³ 918 (GONZÁLEZ, Epistolae decretales p. 107; Vat. lat. 1341 fol. 166ra), where however the
 discussion is in a wholly different connection. 404–405 In ... constitui: cfr Nicaea, c. 8 (TURNER, Monu-
 menta iuris I, 2, 1 p. 124^a l. 27–28, p. 124^b l. 31–33, p. 125^a l. 32–33, p. 125^b l. 27–28). 407–408 quoniam
 ... praefuit: cfr Leo I, J³ 918, c. 10 (GONZÁLEZ, Epistolae decretales p. 110b; Vat. lat. 1341, fol. 167va:
 c. 11). 409–410 ne ... fieret: cfr Zach., J³ 3930 (TANGL, MGH Epp. sel. 1 Nr. 51 p. 87 l. 2–3); Laodicea,
 c. 57 (TURNER, Monumenta iuris II, 3 p. 387b). 412–414 Et ... praedicabat: cfr Matth. 18, 6.

aliquem ex his *scandalizaret*, gravissimam sibi poenam inferre debere praedicabat. Cunctos se invicem diligere et adiuvare debere et neminem ab adiutorio fratris se subtrahere instruebat.

415

12 *HOMICIDAS* vero et *ADULTEROS* ac cunctos *criminalibus* nexibus alligatos, *ET QUI* eis coequales non erant, ab eorum vexatione et *ACCUSATIONE* docente domino prohibebat, et non nisi a coequalibus aliquid sibi inferre debere docebat, quia *discipulum super magistrum* esse aut ullam ei iniuriam inferre nullatenus debere oportet.

420

13 *INFAMES* namque *OMNES* et *QUOS* primates *LEGES SAECULI NON* suscipiunt, sed et *laicos* ab eorum accusatione et vexatione semper repellere debere rogabat, et cunctos sibi subditos esse precipiebat.

14 Cunctorum sacerdotum vitam superiorem sanctioremque ac discretam a secularibus et laicis hominibus esse et spiritales atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituere et fore debere docebat, quoniam *pro minimo* nobis esse debet, *ut a talibus* arguamur et *iudicemur* vel *ab humano die*.

425

15 *MAIORES* vero *A MINORIBUS* Nec accusari nec *IUDICARI* ullatenus *POSSE* dicebat, quoniam non solum hoc divinas, sed et leges saeculi inhibere docebat.

16 Omnes ergo legum divinarum libenter violatores et sacrarum institutionum voluntarie perturbatores ecclesiastica indignos regula et sancta communione iudicabat.

430

17 *Operatores* vero earundem eisque oboedientes utrarumque ac ceterarum bonarum dignos esse dicebat, unde et prophetas in testimonium sumebat: *Audite, caeli, et auribus percipe, terra, quoniam dominus locutus est: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me, cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israel non cognovit me, populus meus non intellexit. Ve genti peccatrici, populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis. Dereliquerunt dominum, blasphemaverunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem? Omne caput languidum et omne cor merens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas, vulnus et livor et plaga tumens, non est circumligata nec curata medicamine neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestrae igne succensae, regionem vestram coram vobis alieni devorant et desolabitur sicut in vastitate hostili et derelinquetur. Vae, inquit, qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles eius interierunt fame et multitudo eius siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino et descendunt fortes eius et populus eius et sublimes gloriosique eius ad eum. Et*

435

440

445

450

416 ac cunctos] *corr. from a cunctos V.* 418 a] *corr. from ab V.* 419 nullatenus] *over erasure V.* 421 leges] *over line: vel (le)gis V.* 430 sacrarum] *corr. from sacrum V.* 446 in] *add. over line V.* 449 aperuit] *corr. from operuit V.*

414 Cunctos ... diligere: *cfr Ioh. 13, 34; 15, 12, 17.* 416–418 Homicidas ... prohibebat: *cfr Form. Ps. Homicidae.* 419 quia ... esse: *cfr Matth. 10, 24; Luc. 6, 40.* 421 Infames ... suscipiunt *cfr Form. Ps. Infames and Accusationes quae.* 421–422 sed ... rogabat: *cfr Lib. Pont., Vita Silvestr., 6 (MOMMSEN, MGH Gest. pont. Rom. I p. 50 l. 1).* 426–427 pro ... die: *cfr 1. Cor. 4, 3.* 428 Maiores ... dicebat: *cfr Form. Ps. Maior a minore and below 621.* 430–432 Omnes ... iudicabat: *cfr Ps.-Dam. I., J³ †569.3.* 434–445 Audite ... derelinquetur: *Isai. 1, 2–8, 436 me is a variant of the Alcuin Bible.* 445–447 Vae ... amarum: *Isai. 5, 20.* 447–452 Propterea ... iusticia: *Isai. 5, 13–16.*

incurvabitur homo et humiliabitur vir et oculi sublimium deprimentur. Exaltabitur dominus in iudicio et deus sanctus sanctificabitur in iusticia.

Carnales *spiritalibus resistere prohibebat, et de his, qui cervices suas contra* 18
magistros et seniores suos erigebant in exemplum dicebat: Detracta est ad inferos
 455 *superbia tua, cecidit cadaver tuum, subter te sternetur tinea et operimentum tuum*
vermes. Quomodo cecidisti de caelo, Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in
terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In caelum conscendam
super astra dei et exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus
 460 *aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.* 10v
Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, ad te
inclinabuntur teque prospicient: Numquid iste est vir, qui conturbavit terram, qui
concussit regna, qui posuit orbem desertum et urbes eius destruxit, vinctis eius
non aperuit carcerem?

Ebrietatem oppido prohibebat et ebriosos corpore et animo mortuos esse 19
 465 *praedicabat, de quibus et in exemplum aiebat: Vae, qui consurgitis mane ad*
aebrietatem sectandam et potandum usque ad vesperam, ut vino aestuetis.
Cythara et lyra et tympanum et tybia et vinum in conviviis vestris, et opus domini
 470 *non respicitis, nec opera manuum eius consideratis. Et iterum: Vae, qui potentes*
estis ad bibendum vinum et viri fortes ad miscendam ebrietatem, qui iustificatis
impium pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut devorat
stipulam lingua ignis et calor flammae exurit, sic radix eorum quasi favilla erit et
germen eorum ut pulvis ascendet. Abiecerunt enim legem domini exercituum, et
 475 *eloquium sancti Israhel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor domini in populo*
suo, et extendit manum suam super eum et percussit eum, et conturbati sunt
montes, et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In
omnibus his non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

Nullum enim *PRESBYTERUM* in alicuius *EPISCOPI* parrochia aliquid *AGERE* debere 20
 absque eius permissu docebat, cunctos presbyteros propriis episcopis in omnibus
 absque *mora oboedientes* institute domino esse debere docebat. Nullum enim
 480 *aliena concupiscere* aut praesumere eorum, sed unumquemque suis sibique
 commissis contentos esse docebat. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi,
 quod sibi vellet fieri, instruebat.

Sanctam ergo ecclesiam immaculatam omnes servare debere evangelizabat, 21
 485 *cuius claves episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere caelum*
et aperire portas eius, quia claves caeli facti sunt. Amovere autem eos neminem
debere docebat, quia oculi domini sunt, et qui eos tangit, tangit pupillam oculi
eius. Et quantae poenae dignus sit, qui eos scandalizat, ipsum dominum docuisse
dicebat, ubi ait: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt,
expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur in profundum

451 oculi] *corr. from oculis V.* 454 exemplum] *corr. from ? V.* 458 dei] *corr. to celi V.* 476 extenta] *corr. from exta V.* 478 permissu] *permissu** V.* 485 facti] *corr. from facte V.*

453 *spiritalibus resistere: Euseb. Gallic., Hom. VIII, 2 (GLORIE, CC 101 p. 84 l. 35).* 453–454 *qui ... erige-*
bant: cfr Carthago III, c. 42 (Hispan.) (DÍEZ/RODRÍGEZ, Monumenta Hispaniae Sacra Ser. can. III, p. 333f. l.
365f.). 454–463 *Detracta ... carcerem: Isai. 14, 11–17.* 465–468 *Vae ... consideratis: Isai. 5,*
11–12. 468–476 *Vae ... extenta: Isai. 5, 22–25.* 477–479 *Nullum ... docebat: cfr Form. Ps. Sine con-*
scientia episcoporum. 479–481 *Nullum ... docebat: cfr Exod. 20, 17; and Can. apost., c. 35/36 (TURNER,*
Monumenta iuris I, 1 p. 24^b l. 1–8). 481–482 *Neminem ... fieri: cfr Form. Ps. Quod sibi non vult, and*
above 348. 484 *cuius ... dicebat: cfr Matth. 16, 19.* 484–485 *Ipsi ... sunt: cfr Apoc. 11, 6; Matth. 16,*
19. 486–487 *qui ... eius: cfr Zach. 2, 8.* 488–496 *Qui ... pusillis: Matth. 18, 6–10.*

maris. *Vae mundo ab scandalis, necesse est enim, ut veniant scandala; verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum et proice abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te. Bonum tibi est unum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo. Iterum dico vobis, quia, si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

22 Et iterum per prophetam loquitur dicens: *Expavit, inquit, caelum super hoc et horruit amplius vehementer, dicit dominus: O intolerabilem malignitatem, o linguam iniquitatem loquentem contra deum et mentem in altitudinem cornu extollentem. Et iterum: Inpone, homo, tuae linguae ostium et seram, cessa cornu in altitudinem extollens et loquens iniquitatem adversus deum et proximum tuum. Quousque insultas paciēti Christo et fratribus? Sic autem peccantes in fratres et percutientes eorum infirmam conscientiam in Christum graviter peccatis et rei iudicio effecti infames efficiemini et iuste repellemini.*

23 Et iterum per prophetam loquitur dicens: *Vos autem sacerdotes domini vocabimini ministri dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem gentium comedetis et in gloriam earum superbietis pro confusione vestra duplici et rubore laudabunt partem eorum, propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, laetitia sempiterna erit eis, quia ego dominus diligens iudicium et odio habens rapinam in holocaustum, et dabo opus eorum in veritate et foedus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum et germen eorum in medio populorum. Omnes, qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen, cui benedixit dominus: Gaudens gaudebo in domino et exultabit anima mea in deo meo, quia induit me vestimento salutis et indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsam decoratum corona et quasi sponsam ornata monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum et sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinat iustitiam et laudem coram universis gentibus.*

24 Eos autem a solo Domino IUDICANDOS aut removendos et non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt et non alterius. Et *quis est, qui ALTERIUS iudicet SERVUM?* Nam si ista non patiuntur homines, nec *deus deorum et dominus dominantium* haec ullatenus patitur. Unde et prophetas sibi testes esse dicebat, per quos dominus loquitur dicens: *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in*

491 tua] *add. over line V.* 497 erunt ... caelo] *add. in marg. V.* 498 quaecumque] *corr. from quodcumque V.* 504 linguam] *corr. to lingua V.* 512 earum] *corr. from eorum V.* rubore] *corr. from robore V.* 519 vestimento] *corr. from vestimentum V.* 520 ornatam] *ornata V.* 522 laudem] *corr. from laudem|laudem V.*

497–501 Amen ... eorum: *Matth. 18, 18–20.* 502–508 Expavit ... peccatis: *Iustinian., Edictum rect. fid. (SCHWARTZ/AMELOTTI, Drei dogmatische Schriften p. 165 [107] l. 12–19). See also below, Ps.-Clem. I, J³ †27.6.* 502–503 Expavit ... dominus: *cfr Ier. 2, 12,* 504–505 linguam ... extollentem: *cfr Ps. 74, 6,* 505 Inpone ... seram: *cfr Eccclus. 28, 28,* 505–506 cessa ... deum: *cfr Ps. 74, 6,* 507–508 Sic ... peccatis: *1. Cor. 8, 12* 510–522 Vos ... gentibus: *Isai. 61, 6–11.* 523–524 Eos ... servum: *cfr Form. Ps. Episcopi a deo.* 524 quis ... servum: *cfr Rom. 14, 4.* 525 deus ... dominantium: *Deut. 10, 17.* 527–531 Ecce ... simul: *Isai. 48, 10–13.*

camino paupertatis, propter me, faciam, ut non blasphemer, et gloriam meam
 alteri non dabo. Audi me, Iacob et Israhel, quem ego voco. Ego ipse, ego primus
 530 et ego novissimus, manus quoque mea fundavit terram et dextera mea mensa est
 caelos. Ego vocabo eos, et stabunt simul. Me insulae expectabunt et brachium
 meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea non
 deficiet. Audite me, qui scitis iustum populum, lex mea in corde eorum. Nolite
 535 timere obprobria hominum, et blasphemias eorum, ne metuatis. Sicut enim
 vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam, sic devorabit eos tineam.
 Salus autem mea in sempiternum erit et iustitia mea in generatione
 generationum. Et iterum: Abscondita est via mea a domino, et a deo meo
 iudicium meum transivit. Numquid nescis aut non audisti? Deus sempiternus,
 dominus, qui creavit terminos terrae, non deficiet neque laborabit, nec est
 540 investigatio sapientiae eius. Qui dat lasso virtutem et his, qui non sunt,
 fortitudinem et robur multiplicat. Deficient pueri et laborabunt, et iuvenes in
 infirmitate cadent. Qui autem sperant in domino, mutabunt fortitudinem,
 assument pennas sicut aquilae, current et non laborabunt, ambulabunt et non
 deficient. Transeant ad me insulae, et gentes mutent fortitudinem, accedant et
 545 tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus.

Hos autem, qui eos vexant aut amovere vel damnare nituntur, ipsum dominum
 per prophetam damnare et usque ad satisfactionem eorum et ecclesiae damnatos
 esse docebat, ubi ait: Talia elegerunt in viis suis, et in abominationibus suis
 anima eorum delectata est, unde et ego eligam illusiones eorum et damnationem
 550 adducam eis, quia locutus sum eis et non audierunt feceruntque malum in oculis
 meis, et, quae nolui, elegerunt. Audite verbum domini, qui tremitis ad verbum
 eius. Dixerunt fratres vestri odientes vos et abicientes propter nomen meum:
 Glorificetur dominus, et videbimur in laetitia vestra, ipsi autem confundentur.
 Non enim laborabunt frustra in conturbatione praesules mei, quia semen
 555 benedictionum domini est. Antequam clament, ego exaudiam, et adhuc illis
 loquentibus ego audiam.

Ad glorificandum se et divina mandata seminanda et evangelizanda eos
 dominus elegit, et non, ut prohibeantur aut perturbentur, Aiebat, quoniam, QUI eos
 laedit, eum ledit, CUIUS LEGATIONE FUNGUNTUR. Praedicare eos assidue et
 560 mandata domini sine intermissione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram
 hominibus monstrare et conscientiam bonam coram deo habere insinuabat.
 Omnes principes terrae et cunctos homines eis oboedire et CAPITA sua submittere
 eorumque adiutores existere praecipiebat, ut omnes pariter fideles et cooperatores
 legis dei monstrarentur, ne de eis dicatur: Confundentur et erubescunt omnes, qui
 565 pugnant adversum te, et erunt, quasi non sint, et peribunt viri, qui contradicunt
 tibi. Quaeres eos et non invenies viros rebelles tuos. Erunt, quasi non sint, et
 veluti consumptio hominis bellantis adversum te.

535 vermis] corr. from vermes V. tineam] corr. from detinea V. 551 tremitis] corr. from tremetis V.

531–537 Me ... generationum: *Isai.* 51, 5, 6, 7–8, 533 populum is a variant of (among others) the *Alcuin Bible*. 537–545 Abscondita ... propinquemus: *Isai.* 40, 27–41, 1. 548–553 elegerunt ... confundentur: *Isai.* 66, 3–5. 554–556 Non ... audiam: *Isai.* 65, 23, 24. 558–559 aiebat ... funguntur: cfr *Form. Ps.* Cuius vice funguntur, as well as *Luc.* 10, 16 and 2. *Cor.* 5, 20. 559–560 Praedicare ... rogabat: cfr *Marc.* 16, 15; *Marc.* 13, 10; also *Matth.* 24, 14; *Matth.* 28, 19. 561 conscientiam bonam: cfr *1. Tim.* 1, 5. 562–563 Omnes ... praecipiebat: cfr *Form. Ps.* Quibus omnis. 564–567 Confundentur ... te: *Isai.* 41, 11–12, 567 hominis bellantis is a variant of (among others) the *Alcuin Bible*.

- 27 Omnes ergo, *qui* eis contraeunt, ita damnatos et infames usque ad satisfactionem monstrabat, et nisi converterentur, *a liminibus ecclesiae alienos* esse praecipiebat. Homicidiorum vero tria genera esse dicebat et poenam eorum esse parilem fore docebat. Sicut enim *homicidas* interfectores *fratrum*, ita et DETRACTORES eorum eosque *odientes HOMICIDAS ESSE* manifestabat, quia et, qui occidit, et, *qui odit fratrem suum*, et, QUI DETRAHIT, pariter *HOMICIDAE ESSE* monstrantur. 570
- 28 Omnes enim *a carnalibus desideriis, quae militant adversus animam, abstinere* et *bonam* eorum *conversationem* ac innocentem omnibus monstrare rogabat. *Ex corde* enim cunctos *attentius invicem diligere* insinuabat et veram fraternitatem inter se habere docebat. 575
- 29 Cotidiana enim illius praedicatio inter cetera divina haec erat mandata, quam in eius exemplum etiam tibi, frater carissime, significare curavi. *Bonorum*, inquit, *operum* inter cetera semina ac negotia sunt, quantum unusquisque sapit et potest totis intimi cordis, ut praelibatum est, visceribus *deum diligere* et *proximum* velut *seipsum*. *Abnegare seipsum sibi, ut Iesum Christum dominum nostrum sequatur*, et *nihil eius amori praeponere, veritatem corde et ore proferre* debere et totam *spem suam semper deo committere* instruebat, *actus vitae suae omni hora custodire* et *in omni loco deum se respicere* firmiter *scire, cogitationes malas cordi suo advenientes mox ad Christum allidere* et sacerdotibus domini manifestare, *os suum a malo vel pravo eloquio custodire* et *verba vana aut mendacia non loqui*, quia *os, quod mentitur, occidit animam*, verba divina *libenter audire* et sacerdotibus suis obtemperare atque *oboedientes* esse docebat. 580
11v
585
590
595
600

570 Homicidiorum ... genera] *in marg.*: De tribus generibus homicidiorum V. 573 et² ... detrahit] *add. in marg.* V. 575 carnalibus desideriis] *over erasure* V. 579 Cotidiana ... praedicatio] *in marg.*: De cotidiana praedicatione sancti petri V. 590 audire] *corr. from* audite V. 600 diligenter] *so codd.*; diligere V.

568–574 Omnes ... monstrantur: *Ben. Lev. I, 322, end* : Nam si quis detrahit alium hominem, sicut homicida reputabitur: quid erit de illis, qui sacerdotes detrahunt, quoniam et ipsi semetipsos occidunt, et audientes interimunt? Qui his sanctis monitis rebelles vel inoboedientes extiterint, sciant se a liminibus sanctae ecclesiae fore alienos. *On 571–574* Sicut enim ... monstrantur *cfr also 1. Ioh. 3, 15 and Form. Ps.* Qui detrahit. 575–576 a ... conversationem: *1. Petr. 2, 11–12.* 576–578 Ex ... habere: *1. Petr. 1, 22.* 580–613 Bonorum ... diligere: *Ben. Reg., c. IV, tit., 1, 2, 10, 21, 28, 41, 48–51, 53, 55, 61, 56, 59, 60, 42–43, 52, 44–46, 3–8, 11–20, 34–40, 22–27, 29–33, 64–65, 69, 66–68, 73–74, 70–71 (HANSLIK, CSEL 75 p. 29–34).* 582–583 proximum ... seipsum¹: *cfr Matth. 22, 39; Luc. 10, 27;* 589 os ... animam: *Sap. 1, 11.* 592 desideria ... perficere²: *cfr Gal. 5, 16.* 594–595 custodire ... loquatur: *cfr 1. Petr. 3, 10.* 596–597 non¹ ... dicere: *cfr Exod. 20, 13–16, Deut. 5, 17–20.* 602–603 non¹ ... pigrum: *cfr 1. Tim. 3, 3; Tit. 1, 7.*

605 detrahit, non solum se, sed multos alios occidit, *iram non perficere nec iracundiae tempus reservare, dolum in corde non tenere nec pacem falsam dare, caritatem non derelinquere, nec iurare, ne forte periurium, quod absit, fiat, malum pro malo non reddere, nec iniuriam facere, sed factam patienter sufferre, inimicos diligere, maledicentes se non remaledicere, sed magis benedicere et persecutionem pro iustitia sustinere, castitatem amare, et nullum odio habere,*
 610 *quia, qui odit fratrem suum, homicida est, elationem fugere, zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare, cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, et de dei misericordia numquam desperare, seniores venerari et iuniores diligere, episcopos sacerdotes suos ac cunctos reliquos ecclesiae ministros atque omnem plebem sibi commissam verba et*
 615 *mandata divina instruere et amarehosque omnes eorum episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum, eorum praeceptis in omnibus oboedire, etiam si ipsi aliter, quod absit, agant, memores scilicet illius dominici praecepti: Quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite.*

Ipsi autem episcopi, si *exorbitaverint*, ab istis non sunt repraehendendi vel 30
 620 *arguendi*, sed portandi, nisi in fide erraverint. Hi ergo super hos sunt, non illi super istos, quoniam MAIOR A MINORE Nec argui nec IUDICARI POTEST. Nullus se extollat erga doctores ac magistros suos, quia *discipulus super magistrum* nec esse debet nec potest.

Nullus *velit dici sanctus, antequam sit, sed prius sit, quod verius dicatur.* 31
 625 *Praecepta domini doctorumque ac magistrorum factis cotidie adimplere et in Christi nomine pro inimicis orare oportet.* Obaedientia enim et humiliatio, quae magistris agitur, domino exhibetur.

Timor domini delectabitur et cor dabit laetitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti domino bene erit in extremis et in die defunctionis suae benedicetur. Vae dissolutis corde, qui non credunt deo et resistunt mandatis eius et INOBOEDIENTES ac CONTUMACES sunt his, qui eius LEGATIONE FUNGUNTUR, et ideo non proteguntur ab eo. Vae his, qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas et diverterunt in vias pravas, et quid facient, cum inspicere coeperit dominus? Qui timent dominum, inquirent, quae beneplacita sunt illi, et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum, praeparabunt corda sua et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum, custodiunt mandata illius et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius dicentes: Si paenitentiam non egerimus, incidemus in manus 32

612 misericordia] *corr. from misericordiam.* 619 exorbitaverint] *corr. from orbitaverint.* 628 domini] *add. in marg. V.* cor] *add. over line V.* 632 proteguntur] *corr. from protegantur V.* 638 inspectionem] *corr. from in conspectionem V.*

610 qui ... est: *l. Ioh. 3, 15.* 611–612 cum ... redire: *Eph. 4, 26.* 615–616 amarehosque ... illorum: *cfr Zach. 2, 8.* 615–616 tota ... diligere: *cfr Marc. 12, 30.* 616–617 eorum ... oboedire: *cfr Ben. Reg. IV, 61 (HANSLIK, CSEL 75 p. 33).* 618 Quae ... nolite: *cfr Matth. 23, 3.* 619–620 Ipsi ... arguendi: *cfr Isid., Sent. III, 39, 6 (CAZIER, CC III p. 282 l. 36–37); cfr Aachen a. 816, I, 31 (WERMINGHOFF, MGH Conc. II, 1 p. 353 l. 13–15), cfr Anacl., J³ †17, c. 39; Calixt., J³ †160, c. 3; Fab., J³ †192, c. 23.* 621 maior ... potest: *cfr Form. Ps. Maior a minore und oben 428.* 622–623 discipulus ... esse: *cfr Matth. 10, 24; Luc. 6, 40.* 624–626 Nullus ... oportet: *cfr Ben. Reg. IV, 62–63, 72 (HANSLIK, CSEL 75 p. 33–34): here expanded with the mandate to obey doctores and magistri.* 628–630 Timor ... benedicetur: *Ecclus. 1, 12–13, 628 longitudinem is a variant of (among others) the Alcuin Bible.* 630–640 Vae ... est: *Ecclus. 2, 15–17, 19–23; 633 diverterunt, 634 dominus, 636 praeparabunt, 640 est are variants of (among others) the Alcuin Bible (darin: 631 legatione funguntur: cfr 2. Cor. 5, 20).* 630–631 et ... funguntur: *cfr Form. Ps. Cuius vice funguntur.*

dei et non in manus hominum, secundum enim magnitudinem illius, sic et misericordia ipsius cum ips<o> est.

640

33 *Venite, inquit, filii, audite me, timorem domini docebo vos. Currite, dum lumen vitae habetis, ne tenebrae mortis vos conpraehendant. Omnis, qui vult vitam et cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, et labia eius, ne loquantur dolum, divertat a malo et faciat bonum, inquirat pacem et persequatur eam, quia oculi domini super iustos et aures eius in preces eorum, vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.*

645

34 *Propterea nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus, sed laetamini in domino et exultate, iusti, et gloriamini, omnes recti corde, quia multi veniunt ab oriente et occidente dicente domino ac a septentrione atque meridie, et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob. Propter quod deprecor te, frater carissime, ut doceas attentius hunc praedicationis ordinem et absolutionum dies, ut salventur animae hominum, quae occulta dei virtute, quem debeant diligere, priusquam doceantur, agnoscant. Operum vero ratio arbitrio uniuscuiusque permittitur, et hoc ipsorum est proprium desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a patre caelesti donatum est, sed salus in eo est, ut voluntatem eius, cuius amorem et desiderium deo largiente conceperis, facias, ne dicatur ille sermo eius ad nos, quem idem dixit: Quid autem dicitis me: domine, domine, et non facitis, quae dico? Est ergo proprii muneris, ut sit unusquisque, prout dominus noster dederit, perfectus in ecclesia mittensque semina divina, ut de nobis non praedictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi dominus dixit noster: Ideo, inquit, omnis scribe doctus in regno caelorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera.*

12r

650

655

660

35 *Nullus ergo, inquit, impediat ordinem aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices, sed primo, quae sit iustitia eius, quae voluntas requiramus, ut bonis operibus ac dei gratia repleamur. Deus enim his, qui recte sentiunt et bona agunt, praesto est, quoniam his manifestat se ipsum. Nam si quis velit, antequam actus suos emendet, de his requirere, quae non potest invenire, stulta et inefficax erit huiusmodi inquisitio. Tempus enim breve est, et iudicium gestorum causa agitur, non quaestionum. Ideoque ante omnia hoc quaeramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut aeternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc vitae tempus per inanes occupemus et inutiles quaestiones, inanes sine dubio et vacui ab operibus bonis pergemus ad deum, ubi iudicium operum nostrorum fiet. Unaquaeque etenim res suum tempus habet et locum. Operum hic locus, hoc tempus est, meritorum saeculum futurum.*

665

670

640 ipso] ipsa V. 644 divertat] corr. from divertet V. 651 absolutionum] corr. from absolutionem V. 653 ratio] corr. from oratio et V. 658 facitis] corr. from dicitis V. muneris] corr. from ? V. 666 manifestat] corr. from manifestatur V.

641 Venite ... vos: Ps. 33, 12. 641–642 dum ... conpraehendant: Ioh. 12, 35. 642–646 qui ... mala: I. Petr. 3, 10–12; cfr Ps. 33, 13–17. 646 ut ... eorum: Ps. 33, 17. 647–648 nolite ... corde: Ps. 31, 9, 11. 648–653 multi ... agnoscant: Clem. I, Rec. IV, 4, 3–4 (REHM/STRECKER, GCS p. 148 l. 8–14). 648–650 multi ... Iacob: cfr Matth. 8, 11, Luc. 13, 29. 653–658 Operum ... muneris: Clem. I, Rec. IV, 5, 3–5 (REHM/STRECKER, GCS p. 148 l. 23–p. 149 l. 1). 657–658 Quid ... dico: Luc. 6, 46; 657 me has been normalised according to the Vulgate; Rec. IV, 5, 4 has mihi. 658–662 ut ... vetera: cfr Clem. I, Rec. IV, 5, 8–9 (REHM/STRECKER, GCS p. 149 l. 11–14). 661–662 Ideo ... vetera: Matth. 13, 52; the citation is expanded from the Vulgate; Rec. IV, 5, 9 has only 662 qui profert ... vetera. 663–666 Nullus ... ipsum: cfr Clem. I, Rec. II, 21, 3–4 (REHM/STRECKER, GCS p. 64^a l. 20–25, 27–29). 665–666 Deus ... ipsum: cfr Rom. 1, 19–20. 666–674 Nam ... futurum: Clem. I., Rec. II, 20, 4–21, 2 (REHM/STRECKER, GCS p. 64^a l. 1–20). 674 Operum ... futurum: cfr Eccles. 3, 1.

675 *Curratur igitur per viam mandatorum domini, et ab eorum praeceptorum* 36
domini institutis et spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter
praeparanda sunt corda nostra ac corpora et sanctae mandatorum eius
suorumque episcoporum atque praedicatorum oboedientiae militatura, ut suae
gratiae iubeat vobis auxilium ministrare, et fugientes gehennae poenam ad vitam
 680 *valeant omnes pervenire aeternam.*

Haec itaque, frater karissime Iacobe, ab ore sancti Petri iubentis accepi, 37
 tibi, ut optabas, insinuare studui, ut servare omnia immaculata praecipias, quia
 aecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Haec ergo
 precepta nemo credat absque sui periculo negligere vel dissimulare, quia iudicio
 685 dei ignis aeterni tormenta sustinebit, qui aecclesiastica decreta neglexerit. Qui
 vero te audierit, ut iusserit minister Christi Iesu, gloriam accipiet, qui autem te
 non audierit immo loquentem dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet.

Currendum ergo et attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum 38
expedit, ut Christi passionibus per patientiam participemus atque regni eius
 690 *mereamur esse consortes. Amen.*

687 sibi] *add. in marg. V.*

675 *Curratur ... domini: cfr Ps. 118, 32. 677–680 praeparanda ... aeternam: Ben. Reg., praef., 40–42 (HANSLIK, CSEL 75 p. 7–8), considerably expanded, particularly at 678 with the exhortation to obey bishops. 681–686 Haec ... accipiet: cfr Clem. I, J³ †27.. 688–689 Currendum ... expedit: Ben. Reg., praef., 44 (HANSLIK, CSEL 75 p. 8). 689–690 ut ... consortes: Ben. Reg., praef., 50 (HANSLIK, CSEL 75 p. 10).*